

Aduertencias para

cessarię emanantur.

¶ Collector Compendij cauendum esse ab hac dispensatione dicit: quia est relaxatiua Ordinis. Verum Frater Antonius à Cordua dicit, quod id absolute non conceditur: sed cum duabus limitationibus, scilicet, pro rebus necessarijs, quæ aliàs sine pecunia commode haberi non possunt, possit peti, & accipi triticum ad commutandum. Secunda limitatio, quòd tales res distrahantur pro alijs necessarijs: quibus suppositis constat, quod ibi non est maior dispensatio, neque conceditur alia relaxatio maior, quàm quod per Syndicum procurentur, seu accipiantur pecunię. De quo idem videatur in Expositione regulę. cap. 4. q. 16.

COMPOSITIO.

- 1 ¶ Gregorius. 13. quarta die Nouēbris anni Dñi. 1579. ad decennium concessit presbyteris Societatis, per Generalem Prepositum in India Orientali deputandis, vt cum Neophytis, & alijs, ad Ecclesię Catholicę vniõnem reductis, super bonis male acquisitis, ad quę restituenda incertis personis obligati exist-